



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IX. Agnes, Herzogin von Braunschweig, überläßt der Gemahlin Conrad's von Osterburg die Dörfer Meßdorf und Speningen zum Leibgedinge, am 21. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

sepe dicta dimidia marca ad altare supradictum in perpetuum pertinebit, ius patronatus autem altaris memorati ad consules pertinebit civitatis supra dicte. Testes huius facti sunt dominus Thidericus, dominus Bernardus et dominus Wernerus, fratres, dicti de Schulenborch, milites, Bodo de Walstaue, Bodo de Cytenitze et alii quam plures fidedigni, in quorum omnium evidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo tricentesimo vigesimo, in die Johannis baptiste et martyris.

Gercken's Fragm. III, 61—63 mit der Jahreszahl 1325.

VIII. Die Herzogin Agnes schenkt Borchard von Bartensteben einen Platz in Saltwedel, im Jahre 1320.

Nos Agnes — Ducissa Brunswicensis, recognoscimus — quod inspectis meritis militis nostri honesti Borchardi de Bertensfleue contulimus eidem ac dedimus sincere ortum situm in Bukhorninge ante civitatem in Saltwedele, qui quondam erat civium quorundam dictorum de Snega, iusto pheodi et donacionis titulo — possidendum —. Testes sunt Gherardus de Kercowe, Wernerus de Schulenborch, milites, Hunerus de Knefebecke et Bodo de Walstaue, famuli. Actum et Datum Soltwedele, Anno Domini M^o. CCC^o. vigesimo, per manum Hermanni de Luchow.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive.

IX. Agnes, Herzogin von Braunschweig, überläßt der Gemahlin Conrad's von Osterburg die Dörfer Meßdorf und Speningen zum Leihgedinge, am 21. Juni 1322.

Agnes, gracia Dei Ducissa in Brunswik ac Antique Marchie Domina, Recognoscimus in hiis scriptis, quod honeste Domine Ghillen, vxori domini Conradi de Osterborch contulimus duas villas scilicet Mezstorp et Speninge cum omni fructu et proventu nec non jure sicuti Dominus Conradus predictus eius contoralis habuisse dinoscitur iure dotalitii ad sue vite tempora possidendas misimusque eandem in possessionem predictarum villarum per dominum Henricum Luech . . . missione debita et consueta. Ne huius rei in posterum dubium oriatur hanc literam super hoc nostro sigillo dedimus sigillatam. Testes huius sunt Dominus Conradus de Osterborch, Dominus al. de Aluenfleue, Dominus Jordanus de Campe, Anna (sic) Drozce,

Henricus de Kenz, Henricus de poren, Hinricus de Cloden. Datum Anno Domini M^o. CCC^o. XXII^o. feria secunda ante festum beati Johannis baptiste.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive.

X. Otto, Herzog, und Agnes, Herzogin von Braunschweig, vereignen auf Antrag der von Bartensleben dem Altare Simon und Judas in der Katharinenkirche in Salzwedel die von Werner von Chüden erkaufte Gebungen, am 24. Juni 1326.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Dei gracia Nos Otto, dux Brunsvicensis, et Agnes, ducissa, sua conthoralis, quondam Marchionissa Brandenburgensis, omnibus hanc litteram visuris vel auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quum ea que fiunt in tempore simul eciam cum tempore labuntur, nisi scripture testimonio et testium annotatione deducantur in notitiam futurorum; Hinc est quod nos ea, que a nobis rationabiliter fiunt volentes esse manifesta tam presentibus quam futuris. Recognoscimus in his scriptis publice protestantes, quod diuini amoris intuitu in nostrarum remedium animarum nostrorumque parentum nec non ad instantiam nostrorum fidelium Ghunzelini et Borchardi de Berthensleue militum de nostrorum consensu heredum legitimorum donauimus et donamus ad Altare sanctorum Apostolorum Symonis et Jude, situm in ecclesia sancte Catherine ciuitatis noue Saltwedel, proprietatem vnus curie cum quatuor mansis in villa Ritze cum omni iure tam in agris quam in pratis cultis et incultis, pascuis, aquis, nemoribus, suisque pertinentiis vniuersis, prout iam dicti milites de Berthensleue eadem bona hactenus a nobis in pheodo tenuerunt et domino Wenero de Chüden dicto ac consulibus predicte noue ciuitatis Saltwedel pro elemofyna Alberti de Chüden, fratris domini Weneri iam dicti, videlicet XL marcis argenti Stendalensis sicut idem Albertus in suo testamento statuit vendiderunt ad dotandum altare memoratum. Volentes eadem bona esse libera a quibuslibet precariis, angariis et parangariis ac seruiis vniuersis. Soluunt autem prefata bona tres choros filiginis et dimidiam marcam argenti Stendalensis annuatim. Sed ius patronatus ad consules pertinebit noue ciuitatis Saltwedel memorate. Vt autem hec nostra donacio inuiolata permaneat et a nullo hominum in posterum infringatur, hanc litteram super his confectam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam. Huius vero nostre donacionis testes fuerunt dominus Ghunzelinus, dominus Borchardus, milites, de Berthensleue, dominus Thidericus, dominus Bernardus et dominus Wenerus, fratres, dicti de Schulenborch, milites, Bodo de Walfstoue et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXVI., in die Johannis baptiste et martiris.

Gerten's Fragm. III, 134—136.